Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36531
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

minis ut uenient ad illos letitiam habere quasi cum filiis karissimis.
Omnino auditur inter uos fornicatio & talis fornicatio qualis nec inter
gentes. Ita quam grave sit istud peccatum ostenderet nec abbis hoc dicit
admitti qui dm nesciunt ut pinde qua pena hic multandus esset ostende
ret quem sub etna iustitia constituis tanti sceleris crimen admiserat. Ita ut eas
uxorem patris habeat. Premissi criminis pdidit genus ut non solum illum aperte
mortificaret sed & adherentes illa non immunes a crimine demonstraret.
in quam difficile peccatur plus facit reum. Et uos inflati estis & non magis
luctum habuistis. Superbia illorum in tantum humiliat ut querulos ita sed
magis supplices faciat. Erant enim & ipsi participes dum paterentur eum tam
ingentis facinoris secum incorreptum euenire ut omnes uno consilio abicerent
eum si negaret emendare se. Si autem quis potestatem non habet quem sceleris reum
abicere aut pbare non ualet. immunis est iudicis non est accusatore dampna
re quia & dns iuda cum fur esset sciebat sed quia non est accusatus minime ab
iecit. Vt tollerem de medio urm qui hoc opus fecit. Cognito ope isto
pellendum illum fuisse dicit de cetu fraternitatis. Omnes enim crimen eius sciebant
& non arguebant. publice enim nouerca sua loco uxoris habebat in quam re
neq; testib' opus erat neq; tergiuersatione aliqua poterat tegi crimen.
Ego quidem sicut absens corpore psens autem spiritu iudicauit ut psens cum qui sic opatus est.
in nomine dni nri ihu xpi egregatis uobis & meo spiritu cum uirtute dni
ihu tradere hunc satane in interitum carnis. Quoniam omnis carnalis uolup
tas a diabolo est ac pboe cum hunc uoluptati remittit traditur satane
caro enim hoc habet in natura ut intrat. Anima enim cum se iungit deside
rio eius infirmans spiualem suum uigorem simul interitum patitur. Itaque si
hic corruptor stupri admissi erubesceret electum se non interiret peni
tentia subsequente. Ita omnium consensu & psentia s; & uirtute dni
ihu id est sententia cui legatione fungebatur apls abiciendum illum de
ecclia dicit. Cum eiectus traditur satane in interitum carnis & anima
enim & corpus intereunt quando que contra legem s fiunt. S; in hac cau
sa. aliter interitus carnis hominis depinatur. Quaquam enim omnia peccata
carnalem hominem prestent. hoc tamen specialiter desiderium carnis est quod
sordib' maculata anima cum corpore tradit gehenne. quia uicta anima
libidine carnis fit caro. sicut & corpus recte gubernatum spiuale ap
pellatur. Animus tamen est. quia ut uictus illecebris totum hominem carneum
facit. aut in uigore naturae suae manens carni prestat. ut spualis di
citur. Vt spes saluus sit in die dni ihu xpi. Tradi contaminatum sup